

BK. 534, 38.

B.

YC
7331

ALCEDONIA LITTERARVM

XXIII. PHILOSOPHIAE CANDIDATIS

QVI MAGISTRI CREANTVR

RECTORE MAGNIFICO

IOHANNE CHRISTIANO HEBENSTREIT

LINGVAE SANCTAE PROF. PVBL. SS. THEOLOGIAE

EXTRAORD. ET MAIORIS PRINCIPVM COLLEGII
COLLEGIATO

DECANO SPECTABILI

AVGVSTO FRIDERICO MVLLE RO

PHILOS. ET IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE

ORGANI ARISTOTELICI PROFESSORE PVBL
ET MINORIS PRINCIPVM COLLEGII
COLLEGIATO

PROCANCELLARIO SPLENDIDISSIMO

IOH. CHRISTOPHORO GOTTSCHEDIO

LOGICAЕ RECENTIORIS ET METAPHYSICЕS

PROF. PVBL. ORD. POES. EXTR. ET MAI. PRINC

COLLEG. COLLEGIATO

CARMINE SOLEMNI CELEBRAT

IOH. FRIDER. CHRISTIVS P. P

D. XXIIII. FEBR. A. G. N. CIO 1900 XXXXVI



LIPSIAE
OFFICINA LANGENHEM



ALCEDONIA LIBRARIA
XXXI PHILOSOPHIAE QUADRIVIAE
GAI MAGISTER CIVILITATIS
REGOTAE MAGNITUDINE
TRINITY COLLEGIUM HENRICI
SANTO CARLO TAURO DE LEBEDES
MAGISTER IN LIBERIS ARTIBUS
DUCANDO SPECIE DATIFICO
VAGABONI LIBERTATIBUS MILITIBUS
HONORIS ET LIBERTATIS AERIAZAB DOCITORIS
MAGISTER LIBERTATIBUS LIBERTATIBUS
CIVICIS CIVICIS LIBERTATIBUS
Ioh. CHRISTIANUS GOTTESSENBURGO
LOGICAS LIBERTATIBUS LIBERTATIBUS
THEOLOGICAS LIBERTATIBUS LIBERTATIBUS
COTTICAS LIBERTATIBUS LIBERTATIBUS
CHRISTIANUS LIBERTATIBUS LIBERTATIBUS
Ioh. TRIDIER. CHRISTIANUS LIBERTATIBUS

D. XXXII. M. C. A. V. I. 1711. 4.
EX LIBRIS GÖTTSCHEO



Quoniam penitus nascens intra sua viscera Tellus
Abdiderat bene , qua rupes altae que
cavernaे,
Qua saltus et lustra tegunt horrentia , ferrum ,
Saecula hominum post omne nefas extrema petebant .
Iam dolus ingenuae stirpis vitauerat aurum :
Vis iniusta casas incenderat: aggere finem ,
Quem fortitus ager , dens mouerat yncus aratri ;
Letifer et sonitus clauae caua tempora circum
Errabat , passim que crux de corpore fratrī
Fluxerat , expressus funda sudibus que præcūstis .

Arua madent fugienda bonis . Felicia quondam ,
Temperies aequo licet adsit ad omnia Phœbo ,
Et licet vberibus plenis natura redundet ,
Iam cultoris egent , ac tu , scelerate per vsum ,
Impia deserto ditas , Paetole , metallo .

1595 H

A 2

Opti-

III

Optima gens nudis posuit vestigia faxis.
Rexit eam Ius atque Fides: Concordia duxit:
Libertas laeta cum Paupertate secutae.
His Chalybum regio primum celebrata colonis,
Occiduum latus his et Iberis montibus orae;
His Borean versus niue tunc demersa perenni
Immensis que horrens patuit Germania filuis.
Has primum Virgo sedes habitura colebat.
In caput erectas plaga quae videt altior Arctos
Non despesta deae, nec hiems et frigora nostra,
Nec loca septa iugis altis, nimiaeque paludes.
Hic modice tenues cultus et moris agrestem
Neglectum tulit, et voces rationis egentes:
In summa, tuguri redolentem stramina vitam.
Illa virum rixas animos que morata feroceſ
Lenit, ac tenuit iactantes verbera dextras,
Dummodo ne sceleris ruerent confinia crudi.
Denique multiplici proauorum prodita culpa
Ultima diuarum caeli conuexa petiuit.
Libertas vna fuerat, quam culta fugarant
Orbis regna sui: noster suscepserat axis.
Huius honor, populis Afiae Libyes que negatus,
Comfit Hyperboreas olim nitidissimus vrbes.
Germanum Scythicum que bonum dea tanta vocata est.

Haec

Haec inter ferri nondum natura patebat:
 Nam bene prospiciens dixit deus, Improba leti
 Fomite tam diro, tantis valitura ruinis,
 Vnde manus, apto tenui mucrone, parabunt
 Mille nouas mortes morituro sponte sodali,
 Simplicis atque boni generis pede vena teratur.
 Haec terram nullis retegatur solibus intra,
 Et Stygis admotas dignissima perferat vimbras.
 Hanc Germana diu non est sensura propago,
 Calcabit que diu. Non intellecta veneni
 Copia praestabit pacem legesque quietis.
 Paullatim tamen inuentae vim pestis ad usum
 Sedulitas animi in prauum temeraria vertet.

Stabat adhuc modicis Libertas tuta sub armis,
 Et pia, ne quisquam seruiret, bella mouebat.
 Arma casas ostensa breues in iure tenebant:
 Vis iniusta metu cessabant: hiantibus vrsi
 Rictibus, ac furtis obstabant tela luporum.
 Nunc, ex quo nituit ferrum, non impia cessant
 Vulnera: non caedes: non bell'i incendia diri.
 Armorum studiis ingens, virtute fideque
 Nobilis, in quantas senuit Germania clades?
 Vesano quoties in se conuersa duello
 Fraternas acies pulsataque numina vidit?

VI

Squalent euersis desolatae vrbibus actae.
 Nec modo, quo leges et fas error ue vocabant,
 Ira que, districtos, cognati, vertitis enses;
 Ut bona vel magnum praetexat caussa furorem:
 Sed nimium res vestra olim, seu Roma lacepsat,
 Siue Marobodus regnis, acer ue Segestes,
 Arminius ue potens, libertas vritur armis.

Quare agite, o fortis, quando spem pace serenat
 Nunc melior Deus, et quando Fortuna secundas
 Res hominum turbare, vt semper, gaudet, et infert
 Consiliis casum: quando torrente cruaris
 Pectora vestra probat nulli cessura periclo:
 Splendeat in crebro nostrum nunc vomere ferrum.

Ne celebrate pio genitum de sanguine monstrum;
 Nam te, Rhene pater, memorant aluisse cuculum,
 Qui primus docuit committere fulmina ferro.
 Hoc durasse nefas in pectore? Condita dira
 Pyxide flamma furit Stygiis derepta caminis,
 Miscens cuncta graui exitio: prae qua Iouis arma,
 Aetnaeque feri Cyclopis viluit ignis.
 His caelum ruere, his terrae fundamina tolli,
 In que chaos priscum flammis fateare reuerti,
 Si stragem praesens videoas rapidos que vapores,
 Ac dirum Eumenidos nostrarae mugire metalla.

mpa

A

Has

Has euerforis Cocytii dixeris iras:
 Velitis arma Iouem de fracta ostendere nube.
 Quae diuum que hominum que pater tam rara be-
 nignus

Mittit, ubi armavit parcentem fulmine dextram,
 Seruili tractanda manu Mars improbus vrget,
 Ordinibus que simul millenos fulgurat ignes.
 Horrendum tonuit; picea caligine caelum
 Eripitur: tremit omne solum: ducibus que negatur
 Imperio regere adductos, aut facta notare.
 Non seruare iugum potis est caros que gregales
 Miles, et attonitus rabie, peccat ue timore:
 Vno miscentur foeda ac praecolla tumultu.

Qui veterum primus conspexit missile telum,
 Nunc demum virtus, ait, est amissa virorum,
 Hoc in Cerbereos magis aptet fulminis usus.

Fax direpta polo pendere Promethea fecit.
 Ignis at ille pius, nec vir non clarus: at iste,
 Quem proauai oderunt, quem terro nomine dicunt,
 Sacrilegus caussas ignavi frigoris Orco
 Abstulit, et noxam flammæ furialis in illas
 Pugnantem, caeli que minas, terraeque tumultus
 Misctuit, et ferro armavit ferro que coëgit.
 Dignus ab arte sua, simul inuenta atque sepulta,
 Tradere ne vellet, primus solus que perire.

Quale

VIII

Quale id cunque tamen fuerit, quod publica genti
Fata parant: meliora quidem verbis que precabor,
Praecipiam que animo; deus annuat omnia votis:
Vos non idcirco vestrum tenuate laborem,
Securi que ad opus coeptum, mea turba, redite.
En, iuuat aetherio distendere Nectare cellas:
Idem animus nostros, eadem sententia, coetus,
Illaesi que gregis noua nunc examina cogit.
Vernat humus fragrante thymo: sunt roscida circum
Gramina: melliferae stirpi per Saxonis hortos
Non suboles, pulcris que fatus non gratia defit.
Paruis numen inest apibus, quod ruris honorem
Floriferi curans animos inspirat et artes,
Et gratum solatur onus dulces que meatus.

In primis etiam nostras rex optimus artes
Et fouet, et magno populos tranquillat amore.
Gratus in hunc rursum celebret sua tecta colonus,
Pacatis que frui curet feliciter aruis.

Nec minus in turbis, ut sunt humana, paratis,
Si quid ad immunes malesuado pertinet ausu,
Nidulus ut vester duraret, casta monebat
Halcyone, Thetidi pulcrae Theridisque parenti
Fatidico mediis in fluetibus hospes amata.
Nam praeclara fide coniunx Ceyca peremptum

In

VIII

In mare dum sequitur, volat Aeolis; et sua ponto
 Pignora credit ausis tuto. Qui cetera nescit, ait
 Infidus, matri seruat promissa fideli.
 Oua quot incubat haec vnda suspenſa diebus,
 Hibernus cessat brumali tempore fluctus.
 Hic pietatis honor. Saeuis innoxia fidunt.

Mortalis culpae vindex, vitaeque redemtor,
 Dum sua Christicolas, intra salis arcta furores
 Ponens rupe sacra, docuit praecepta, recepit,
 Cuncta refusa vadis veniat licet omnibus vnda,
 Nullius ruptura fidem seruore procellae.
 Non aliis rector firmatas legibus ornat
 Res populi tenues certantis, et arte malorum
 Augeri voluit, grauibus que valescere bellis.
 Neu solida vellet sua gens torpere quiete,
 Iure breuis, nimbus dum plurimus imminet, horae
 Iussa frui, velut obseruans hiemantis Olympi
 Halcyone teneros educit in aequore foetus.
 Quos ita laetorum gratos post facua recursus,
 Immunes que dies, breuis est si pausa laborum,
 Nomine ab Halcyones inflexo nomine dicunt.

Quin ea tu, mihi lecta cohors, non vana tuere,
 Scripta tibi, sacra sunt, puro quae pectore gestes.
 Littera numen habet. Studio confidite vestro.

B

Quae

XV

Quae veri doctis in frontibus insula lucet,
 Qua sapere audentes Musae profitemur amorem,
 Quamuis infestas valet exarmare caterus.
 Getulum integritas deterreat alba leonem.
 At neque litterulis tenduntur retia macris,
 Nec non multorum studio res vestra fouetur.

In commune bonus labor, et si parvus, odorem
 Noster spargit agens late gratum que probum que,
 Dona que fert omni non obscurissima saeclo.
 Verba sonant: tristes inimici fronte recedunt
 Non aliter curae, facili quam fronte fauentis.
 Non nobis vis est, mala mens ne tende, nocendi:
 Vtilitas dictis praestatur plurima nostris.
 Non insestantur quenquam, nec nomine signant,
 Describunt que viros. Mea saeui nescia lusus,
 Dum prauis recti decreta salubriter offert,
 Non animum soluit risu, vexatue dolore,
 Mnemosynes diae verum genus et Iouis alti,
 Peruigilis curae et contenti Musa laboris.
 Astra, viae non sera, petit, sanctos que calores
 Mentibus, et summi sibi semina colligit orbis:
 Peccora fomentis praesentia, siue futuri
 Spem generis, ne non veniat per honesta, iuuando.

Rem

Rem specie minimam, nulli noxa, omnibus visu
 Adiunctam, non est, qui barbarus oderit: at sit:
 Sit, quem litterulae dulces, quem carmina laedant.
 Oderit hic vernum Zephyro spirante tempore:
 Nectarare laesus apes velit idem excindere paruas:
 Nec perferre tuos possit, Philomela, sonores,
 Ales Aristaei frangit pede, dixerit, herbas:
 Cecropidos modulis turbantur, dixerit, aurae.

Denique, si quid erit, Nemesis deus addidit acrem,
 Artis opes teaturus: ἔχει θεὸς ἐκδίκον ὄμηρος.
 Huic tu praesidio confise arci que paratae,
 Castra tene, tiro. potes his requiesce sub armis.

Rex Asiae, mox et Macetum, clarissimus olim,
 Nomine facta hominum vexata vrbesque professus,
 Dum belli caussas Mareotica regna fatigat,
 Vi, Rhodon oppugnans ob foedus, nititur omni.
 Artibus ingenuis claram studiis que virorum
 Euersurus erat, qui multas ceperat vrbes.
 Sed casa parua tenet. per eam face moenia tangi
 Res poscit, visumque nefas incendere tecta,
 Sub quibus arte sua coeptum subtiliter vrget
 Protagoras opus. haesit ibi victoria regis:
 Propter opus tabulae populis vrbi que pepercit.
 Qua belli ratio flamمام iecisse monebat,

B 2

Artis

XII

Artis honor vetuit, consulta que Martia vicit.
Gloria sed victi sic maior, et vrbe recepta
Aeternum palmas minuisset dedecus omnes.

Quod patriae pictor bonus, istud non velit vrbi
Indulgere sua cerebro Iouis edita Pallas?
Per varias artes intextis haec dea peplis,
Mentis diuinæ labor is, mirus que videri,
Aegidis et sonitu quassante que Gorgone texit,
Ac teget in templis sua puluinaria nostris.

Nunc sueto celebrate tholo, mea maxima cura,
Doctrinae cupidi, puris que capessite dextris
Quae bene certanti contingere dona fatemur.
Et video, solita iam seruent limina turba,
Rite que promeritis digni properantur honores.

Prosequimur voto caste suscepta benigno,
Et magnum ingeminat coetus Feliciter omnis.
Alma diu saluam celebret Germania legem,
Ingentes que diu iungat Pax aurea fratres,
Quos tenet imperiis mater, longeque remotis
Gentibus ipsa duces iusto moderamine mittit.
In primis nostrum seruent pia numina regem,
Illius ut speres promiserit omnia virtus.

CHRI.

CHRISTOPHORVS FRIDERICVS GEIGER

NORIBERGA FRANCVS

SERENISSIMI PRINCIPIS ANHALTINI BERNBVRGAE
A CONSILIIS AVLAE ET SEREN. IVVENT.
PRINCIPI EPHORVS

Godofredus Engelhardus, artium magister, litterario ludo ad aedem indigetis Sebaldi constituto, in urbe clara ac florente, rector praefuit, qui hunc filium suscepit ex vxore Ursula Catharina Scultesia a C. N. c^o 10 c^o xii. Prima litterarum ac sacrorum rudimenta pater eum docuit aliquique sub eo ludi disciplinam curantes magistri, e quibus laudat Vualuertum, Egenium, Ludeuicum. Etiam elementa mathefeos, ac laudando eius vrbis ac vetere instituto, graphicies, didicisse se memorat. Huius magistrum habuit clarum operibus ac studiis suis pictorem Iohannem Danielem Preisler. His doctrinae initii adducti ac fauentes rei litterariae hac in ciuitate curatores sub disciplinam eum professorum artis, Moerli, Naegelini, Doppelmaieri, dederunt. Sic praeparatus ad academiam vrbis Altorfensem accessit a C. N. c^o 10 c^o xxx, ibique percepit historiam philosophiae ac philosophiam omnem, docente Feuerlino; praecepta stili Latini ac ius naturae, Schwarzio: historiam omnem, Koelerum: physicen experimentis declaratam et mathefin, Mullero, Kellioque: sub quo etiam anno huius aetatis xxxii dissertationem *de triangulis certa conditione circulo inscribendis* publice defendit. Eo anno Ienensem in academiam honesti studii castra transtulit, ibique historiae caussa sectatus est, Struuum ac Buderum: in philosophiae doctrinis ornandis, Koelerum; in mathefi, physica, chemia, Hambergerum: in sectione corporum humanorum, Teicmeierum: geometriae altioris ac subtilioris arithmeticæ caussa, quam algebram vocant, Verchium: oeconomiae nomine, Brunnerum. Iuris item publici priuati que in partibus doctores habuit, Ditmarum, Stengerum, Brunquellum ac rursus Buderum: rerum diuinnarum

XIII

narum et historiae sacrorum ergo, Vualchium ac Reuschium. Bibliotheca interea Struuii eiusque institutione sigillatim v fus, etiam Francogallicas, Hetruscas, Anglosaxonicas ac Batauorum Saxonum litteras vt disceret, curauit, obiterque adiit alias iudis maioribus, aut aulis principum virorum, claras vrbes, inter quas, Gotham, et Lipsiam, cum regi nostro imperia auita capessenti sacramento fidem promitteret. Postilla custos comesque additus litterarum studia ornare et regere adolescentiam eorum coepit, qui claris e gentibus prognati eius curae tradebantur. Inter quos, vt pro huius indicis breuitate potiora excepamus, primi memorantur Boettigerus et Geuderus. Cum hoc rursus Ienam frequentauit, et auspicia Goettingensis academiae, mox Castelli Cattorum, Isenaci, Gothae, Vinariae, Dresdae aulas, quum Siculorum ac Neapoleos regi in manum Sponsa Regia conueniret. Inde redux in patriam factus, Vatislariam contendit, vt aliquem vsum forensem curiae iuridicorum haberet, quae causas regni Germanici ea in vrbe cognoscit, ibi que discendo docendo que alios aliquo tempore substtit: mox in domum viri perillustris Stuterhemii benevolenter inuitatus, eiusque filio comes additus, Argentoratum per occasionem petuit, atque in illa quoque vrbe sitim doctrinae, quam contraxerat, discendo docendo que, obiter et castrorum artis que militaris rationem, Martisque igniuomi ingenia, et lineas fossatorum, vna cum peritis expertus, commodum restinxit. Argentorato quum Basileam, Friburgum, Stogardiam petisset, opportunitatem nactus est Lutetiam Parisiorum adeundi, quam cupide amplexus, multorum in notitiam venit, quorum inter scientiae ac litterarum studiosos meritis aut fama clara sunt nomina, aut manus artificio nobilitatae. Cum illis et vnu familiari, et bibliothecas consulendo, facultatem sibi vifus est parasse rerum praesentium non pertractata alios docendi. Bello deinde orto, Francofurtum ad Mogum regressus, inaugurandi noui imperatoris sacris adfuit, eiusque rei nonnulla commentaria confecit, legatorum in notitiam venit, opportunitatemque reipublicae honesto loco adeundae habuit.

habuit. Sed reuocabat animus studiis litterarum deditus ad academicæ conuersationis modestiam. Quare Salinas Saxonum cum petere vellet, ibi que solitos ad honorem doctrinae gradus inscendere, et Ludevigium ea in vrbe adiit, et viro illustri Vuolfo per epistolam amici traditus, eius commendatione in gratiam Serenissimi Principis Victoris Friderici Ascanio Bernaburgici insinuatus est. Itaque ab eo Consiliarii aulae munus creditum suscepit, et Seren. Principi auitae olim fortunae heredi custos additus meret. Quibus muneribus vt grato animo superfit, iam quatuor prope anni sunt, quod domi foris que, nam Berolinum quoque et rursus Francofurtum ad noua imperii auspicia in comitatu Seren. principis sui iit, operam nauat. Inter haec amoris sui in litteras memor, ab ordine nostro contendit, vt philosophicae dignitatis honores ipsi conferremus.

IOACHIMVS BALTHASAR WAGENSEIL
NOVISEDINO POMERANVS
SACRORVM KERSTINI ET KRVKENBECAE IN
POMERANIS INTERPRES

Patre Iohanne Balthasare, qui ciuis et mercator Nouisedini in Pomeranis fuit, matre Barbara Stillinga, natus a C. N. c. 1590 lxxxviii, vt pietatis, et morum, et litterarum rudimentis institueretur, fiorum quidem cura breui, nam vterque parens puero admodum fatis urgentibus ereptus est, sed ludi et gymnasii in vrbe patria litterarii commodis utiliter frui coepit. Mox Stargardiam delatus, in collegio Groeningano sub doctoribus Schmidio, Zieroldio, Staegemano, Langio, aliisque profecit. Inde ad academicæ Francofurtum ad Viadrum a cognato, qui ibi doctrinae publicae professor merebat, euocatus, in philosophiae et historiae quidem studiis Beccumanum, in theologiae, Henselium, aliasque, quorum clara sunt nomina, audiuit. Academiam, quae ad Salinas vetustissimas Saxonum celebratur, petiit a C. N. c. 1596, ibique, cum feruerent artium ac doctrinae studia, ipse ope-

XVI

ram litteris per tres annos dedit. Postea in patriam redux
factus, generosos adolescentes gentis clarae, a Smelingen, ini-
tiis doctrinae et morum ornando suscepserat, id que munus
sedulo aliquot annos curauerat, cum, quae sunt prouidentiae
occulta, ad officii honestissimi spartam subeundam, tanquam
in portum salutarem, importuna militum ambitione com-
pulsus est. Ut veterum Graecorum Romanorum que armis
lituos ac tubas, et Indorum prope solis aliquod etiam tym-
panorum genus, quando tympana inter digitos tractanda Bac-
chicos proprie saltatus ac Maenadum furores moderabantur,
praecinuisse olim legimus: ita hodie equites quidem nostros
animat quoddam tubae aeris directi genus, peditum vero agmina,
praeterquam tibiae, quaedam ingenia tympanorum, sed
praegrandium, non digitis pulsandorum, sed veete, neque
Musico ac sonoro, ut illa veterum, sed immani ac Martio
complentium omnia strepitu. Illa tensa tergore metallia
praecentor ut tractaret, qui ingenuis artibus ac litteris ad-
sueisset, militum inclemens sollicitatio vrgebat. Qua re
effectum est, ut et ipse minus cunctaretur munus, quod eo
tempore vacabat, correctoris in ludo litterario Cuffalii, quo
se tutum praestaret, petere, et decuriones eius opidi, me-
renti conferre. Ex eo ludo postea, a C. N. c. 1500. xxvi,
euocatus est beneficio illustrissimi splendidissimi que viri, Sa.
Rom. Imp. Comitis a Manteufel, ut Kerstini et Krukenbe-
cae, vicos Pomeraniae, qui ei parent, rei Christianae oracula
gregis fidelium pastor interpretaretur, quam curam ab eo
tempore gerit. Superiore anno, quum filium suum acade-
miae nostrae adduxisset, tradidisset que in disciplinam publicae
doctrinae professorum, in domo illustrissimi nutritii sui,
comuni bonae mentis et honestarum artium scientiae inde
ab aliquo tempore ad hanc vrbum hospitio, benigne munifice
que, ut semper, habitus, atque ordini nostro commendatus,
summos philosophicae insulae honores, diplomate eam in
rem edito, tulit.

IOHAN-

JOHANNES HENRICVS MEZNERVS
PLAVIA NARISCVS PRAETORIANIS DRESDAE
COHORTIBVS SACROKVM INTERPRES

CASTRENIS

Plauia Nariscorum, qua regi nostro parent, ex artificio tex-
turae panni lanei alit cognominem nostri patrem, qui
hunc filium suscepit ex vxore Regina Conradina a C. N.
CIOGCC XVI. Eorum cura, vt elementis sacrorum ac litterarum
solicite institueretur, effectum est, recipere tur quæ
postea in disciplinam Lycei patriæ litterarii, vbi Latinis,
Greccis Hebraicis que litteris, ac scientiae quibusdam aliis
primordiis, operam dedit sub fide ac dexteritate magistrorum
Irmischii et Grimmelii. Hoc stadio absoluto, vale dixit oratiuncula de nonnullis litterarum elegantiorum praefidiis, vt
moris est, recitata, et Lipsiam petuit anno saeculi præfentis
XXXVI, in ciuium nostrorum catalogis adscriptus rectore
Boernerio. Inter nos annis prope nouem cum versaretur,
haberetque hanc vrbum certum benigni numinis prouidentiae
in se alienigenam atque egenum specimen, philosophiae cauſa
duobus annis factatus est Mullerum: in theologiae decretis
et controuersiis discendis, Klausingium ac Pfeifferum: in
historia philosophiae, rei sacrorum Christianae, ac litterariae,
Ioecherum: in legibus praeceptis que interpretandi sacra,
Deylingium ac Vuollium: in Hebraicis sacri Codicis litteris,
in declamandi vſu, in futuri munericis prudentia discenda,
Sanktum, Hoffmanum, Gaudizium. Ingenium etiam vt
per colloquia academica velitando exerceret, Reimboldo
artium magistro praeēunte, atque vt declamandi de suggestu
experimentum subinde faceret, moderante Gaudizio vſus
est. Interea, vt commodius aleretur, in instituenda litteris
aliorum pueritia honestam operam posuit, diuino que nutu
factum ait, vt fauentes sibi viros graues inueniret, inter quos
primum locum obtineret per illuſtris dom. a Kuhlewein, cui
aliisque ex beneficio se obſtrictum profitetur. Ita quoque
accidisse, vt splendidissima eorum, qui praeſunt, gratia, ad
C
ſacra

XVIII

sacra curanda cohortibus potentissimi regis nostri praetorianis
vocatus, oraculorum interpres castrensis Dresdam accederet.
Quod munus nuper auspicatus gerit.

JOHANNES EHRENFRIED SAETTLER

HERZBERGA SAXO

SACRIS SORBECAE FACIVNDIS DIACONVS

S V B S T I T V T V S

Torgauia in ortum aestuum distans, ad Elistri nigri flumen,
Herzberga, non obscurum Saxonici conuentus opidum
est. Ibi iuris ciuilis peritus cauſis dicendis preeerat pater
Christianus Augustus, cum hunc filium fusciperet ex vxore
Sophia Magdalena Pfaudia, medicinae doctoris filia, a C. N.
c. 1000 XVIII. Litterarum facrorumque rudimentis pri-
mum institui in ludo patriae coepit, sub disciplina rectoris
Becmanni, artium magistri. Deinde Budissam adiit, et in
gymnasio eius vrbis litterario vſus est magistris, Bernauero,
Zeſcio, Iano, Calmano, Vueſio. Quibus, et curiae Bu-
dissinensi, beneficio in eam rem legato altus, cetera que be-
nevolentia adiutus, fe ideo obſtrictum profitetur. Sic ex-
actis honesti ſtadii annis quinque, conſilio intellegentium Li-
pfiam petiit a C. N. c. 1000 XXXI, noſter factus rector
Klaufingio. Doctores inter nos ſectatus eſt philosophiae
discendae cauſa, Vuinclerum; in metaphysicae ſcitis ad
theologiam applicandis, Hebenſtreitium: in praeceptis
logicae, Birnbaumum: in theologiae decretis, Tellerum et
Sankium: in controuersiſ facrorum, rurſus Hebenſtreitium:
in eo, quod ſcriptum eſt, ſcienter enarrando, Deylingium
ac Tellerum. Tellerum item audiuit, vt morum e sacris
formandorum rationem diſceret, atque vt declamandi vſum
haberet: in aliis diuersis theologiae partibus, in ingenio per
colloquia acuendo, dum quaecha et controuersa diſputantur:
in orientis denique litteratura: Boernerum, Deylingium,
Hebenſtreitium, Sankium. Inter haec meis quoque recita-
tionibus in Horatii Flacci carmina auditor adſuit: et benefi-
cio

cio principali, et hospitio domus Bartheliae, memorat se vsum
fuisse. Nuper benigna summi numinis prouidentia factum
est, vt ad eadem ciuitatis Sorbicenis, quod antiquum in
vicinia opidum Sorabici populi sedes vetustas nomine affir-
mat, sacris faciendis, vice Zachariae Erdmanni, qui eis ar-
tium magister praefecit, diaconus substitutus vocaretur.

CHRISTOPHORVS CAROLVS RENZIVS
NORIBERGENSIS

Non procul vrbe Noriberga Beringedorpium vicus est.
Ibi cum sacris oraculorum rei Christianae interpres et
crediti gregis pastor praefecit, Michael Renzius, mox in vr-
bem ad eamdem sacrorum curam euocatus, hunc filium tu-
lit ex vxore Sabina Ziegleria a C. N. c. 1500 XXI. Mater in
viuis: pater ante hos duos annos fatus est. Qui, cum
pueritiam filii humanitatis litteris mature instituendam ipse
suscepisset, postea priuatis scholis magistri transdidit, cui
Risio nomen, et nunc in vicinia vrbis eius credita sacrorum
cura. Ad hunc modum sedulo informatus elementis bona-
rum artium, ad gymnasium litterariorum patriae accessit, in que
eo sex prope annis meruit sub magistris, Spoerlio, Rhoede-
ro, Munzio: quibus declamatiuncula habita, more atque
instituto ludorum laudando, postilla vale dixit. Vsum interea
se ait etiam in Latinis litteris, in Hebraicis, in Graecis, in
Theologia, in Matthesi, praceptoribus, Rosenio, Schmidio,
Moerlio, Negelino, Dopelmaero, Maiero, cuius inpri-
mis laudat follertiam et voluntatem. Cum haberetur matu-
rus academie, consilio eorum, qui ingenia adolescentum et
spem studiorum procurant, Lipsiam petiit a Christo nato
c. 1538, in catalogis nostrorum scriptus rectore Kap-
pio. Caussa philosophiae discendae et oratoria, rerum que
diuiniarum scientiae, qua bonam mentem decretis sacrorum
informat, qua vitam et mores corrigit praecepsit, doctores
hic habuit, Vuincerum, Vuolium, Tellerum. Historiam
rei Christianae, atque item litterariae, eum docuit Ioecherus:

XX

iura saerorum, Ioachimus. Secundum ea, tanquam ambitu honesti stadii exacto, ordinem nostrum adiit anno superiore, et posteaquam in studiis litterarum quaeftam facultatem adprobasset nobis, summos philosophicae dignitatis honores, diplomate eam in rem edito, impetravit.

SAMVEL GOTTLLOB DONATVS

GRVNAVIA LVSATVS

Patre Iohanne Christophoro, qui sacra Grunauiae, prope vrbem Gorlitium vico, credito fidelium gregi curabat, matre Amanda Rosina Gleisbergia, prognatus est a C. N. c1515cc xxiiii. Patre quidem puer admodum orbatus cum esset, per secunda matris vota vitrico vtebatur Iohanne Henrico Wehnero, qui sacris nostri ritus curandis praeest in vi-
co prope Greifebergam ad Quissae flumen. Sed antequam ad Academiam nostram se conuerteret, mater quoque e vi-
vis excessit. Horum interea voluntate ac diligentia neque priuata institutio in litterarum facrorumque elementis sub
praeceptore, cui Langio nomen, ei defuit, et aditus ad
gymnasium patriae litterarum, Baumeistro rectore, et magi-
stris Mylio, Mullero, Eichlero, Brieglebio que, factus est: sub
quibus humanitatis in studiis se profecisse ait. Lipsiam pe-
tit a C. N. c1515cc xxxxii, rectore Ioechero in ciuibus
nostris census. Hic ab eo tempore idoneos in philosophia
et in rerum diuinarum scientia doctores, Vuincerum, Vuol-
lum, Deylingum, Tellerum, Fridericum, Ioecherum se-
stato, et benevolentia multorum adiuto, eluctari varia
egeftatis obftacula quod licuerit, singulare diuinae prouiden-
tiae documentum agnoscit, eo que nomine gratum animum
in sumnum numen, in que eos, qui studia ipsius re atque
opera iuuarunt, profitetur. Alter iam annus agitur, ex quo
primam philosophiae lauream, quam legitime petierat, or-
dinis nostri iudicio impetravit.

IOHAN-



IOHANNES ANTONIVS MOESLER
LIPSIENSIS

Patre Iohanne Antonio auctoritate in hac vrbe publica nota-
rio, matre Maria Elisabetha, natus a C. N. c15 10cc xx,
sacrorum ac litterarum rudimentis inter parentum curam
priuatim institui coepit. Deinde ludo litterario ad aedem
Nicolai traditus, eis ingenii experimentis se memorat profe-
cisse, in quibus par est primam aetatem versari. Ad acade-
miam accessit a C. N. c15 10cc xxxviii, in ciuibus nostris
scriptus rectore Kappio. Cum philosophiae causâ sectatus
esset Mullerum, et in reliquis scientiae ac litterarum partibus
plerorumque doctrinae publicae professorum recitationes
solemnies adiisset, theologiae praesertim discenda studio
doctores habuit, qua dogmata et controuersias tractat,
Klausingum: qua mores e sacrorum sententia informat,
Tellerum: qua litteris Hebraicis illustratur, Sankium: qua
ingenio quaestionibus tentando et per colloquia academica
confirmatur, Deylingum. Secundum ea primam philo-
sophiae lauream superiore anno legitime petiit, tulit que ordi-
nis nostri decreto.

IOHANNES CHRISTIANVS ERN. HEINE
DAMA SAXO

Patre Sigefrido Ernesto, qui inter possessores praediorum
agri illius immunium honesto loco fuerat, matre, Io-
hanna Sophia Hertelia, quae supereft, prognatus a C. N.
c15 10cc xviii Damae, quod agri Saxonici Guterbocam
inter et Lucam, Lusatiae fine in occidentem distans, opidum
est, litterarum rudimentis in ludo patriae sub rectore Craco-
vio institutus est. Deinde Lucam in Lusatis transit: cuius
vrbis litterario in Lyceo, sub rectore illius Thielio, septem
annis meruit, ei que magistro propter fideim ac diligentiam
se obstricatum etiam post fata, nam e vita ille excessit, profi-
tetur. Lipsiam adiit a C. N. c15 10cc xxxviii, noster fa-

XXII

etius rectore Richtero. Ratio studiorum doctrinae haec ab eo seruata est. Philosophiae omnis descendae causa Mullero, et quondam Hoffmanno, auditor adfuit: humanitatis litterarum artisque poeticae nomine Venusinas meas in Horatium Flaccum recitationes, et Gotschedium sectatus est: oratoriae caussa, Maium, cuius voluntatem laudat et fauorem. Mathesin didicisse se ait Kaestnero praeente; historiam, Ioechero ac Feustelio. Quum rerum diuinorum ad studia adiecisset animum, Hebraicas quidem litteras Hebenstreitius ac Sanktius eum docuerunt: theologiae decreta legemque enarrandi sacra, Vuollius et Hoffmanus: morum e sacris praecepta, ac declamandi e suggestu sacrarii usum, Tellerus: disceptare nobiles per colloquia academica quaestiones, Bosseckius, atque eadem cooptatum in sodalitatem φιλοσοφών, Hebenstreitius. Anno superiore, moderante Mullero aratum magistro, *de rebus tribuum pop. Iudaici duarum*, propositam dissertationem publice defendit. Secundum ea prima philosophicae dignitatis laurea ordinis nostri decreto nuper est cohonestatus.

IOHANNES GOTTLIEB VOLCKELT

L A V B A L V S A T V S

Patrem habuit Michaelem, eo in opido negotiatorem, matrem Annam Mariam Schwabian. Praeceptoribus ibi est usus, Boettnero ac Seidelio, utroque Lycei litterarum rectore. Lipsiam accessit a C. N. 1500 xxxxi, noster factus rectore Klausingio, et praesertim beneficiis illustrissimi excellentissimi que viri Sa. Rom. Imp. Comitis ab Holzendorff, ut studiis aequo animo superesset, adiutus. Doctores habuit, in mathesi quidem, in omni philosophia, in experimentis physicae, Vuinclerum: in logica atque ethica, Maium, cui se ideo obstrictum profitetur: in ingenio colloquiis academicis tentando, Menzium: in poesi, Gotschedium: in rhetorica, rursus Maium. Eorum omnium benevolentiam laudat. Historiae omnis caussa, tam litterariae, quam ciuilis, auditor

auditor adfuit Ioechero: paelectionibus in Callimachum et in Ciceronem, Ernestio: litteris Hebraicis, Sankio: in omni theologia, Klausingio ac Tellero, cuius praedicat fauorem. In aede Pauli apostoli collegii nostri declamauit publice, et disputauit etiam in cathedra, paeprise Pauli, artium magistro. Secundum ea et stipendio adiutus, et prima philosophiae laurea ordinis decreto nuper ornatus est.

GEORGIVS HENRICVS ANTAST

SAGANO SILESIVS

Saganum celebre in Silesiis cum territorio principali opidum est, vbi cum pater Christophorus texturae artem in pannis, qui eius agri laudantur, exercret, hunc filium sustulit ex vxore Maria Elisabetha Preibischia a Christo Nato CIC 1000 XVIII. Prima litterarum rudimenta in patriae ludo, sub rectoribus Heynio et Klingsporn, didicit: quorum ille nunc in Lusatia prope Laubam urbem sacrorum Lichtenauiae vico interpres est. Publicos aliarum urbium ludos quo minus peteret, non voluntate et studio, sed viatico defectus, priuata institutione vñus est Murauii sacrorum Sagani interpretis, quem ante hunc annum e viuis euocatum luget. Quae Siluerstenius incrementa honestis adolescentum ingenii legauit, eorum beneficio adiutus, Gorlitum adiit a C. NICIO 1000 XXXVIII, ibique annis quatuor meruit, sub disciplina magistrorum, Baumeisteri, Mylii, Mulleri, Eichleri, Briegleb et Vrbani: quorum omnium, in primis Baumeisteri, merita aduersus se laudat paeclara. Lipsiam petiit anno sacculi paeSENTIS XXXII, noster factus rectore Boernerio, et hanc rationem studiorum ab eo tempore tenuit, vt humanitatis litterarum et antiquitatis noscenda cauilla me sectaretur atque Ernestium: in stili Latiní paeceptis, Kappium: in omni historia, Ioecherum: in philosophiae quodam decursu, Gotschedium: in Hebraicis litteris, et in antiquitate Iudeorum discenda, Hebenstreitium, nunc rectorem magnificum. Deinde, cum litterarum Hebraicarum nomine etiam Schule-

manum

XXIII

manum adiisset, ad theologiae studia conuersus, decretorum ac dogmatum caussa audiuit Tellerum, Vucissium, Klausin- gium: super legibus interpretandi, Deylingium ac Vuollium; super disciplina morum e sacris petenda vnuque declamandi, Tellerum: in expositione librorum symbolicorum, Boerne- rum: de muneris futuri in cura sacrorum officio, Deylin- gium. Vires ingenii disputando vt periclitaretur, Belio yfus est, et Carpzouio, Iunio ac Deylingio magistris. Eorum omnium fidem ac dexteritatem gratus agnoscit praedicat que prolixie. Aliquo ingenii documento epistolam edidit Latine scriptam, qua Pezoldo, fautori suo singulari, quem his ipsis diebus, dum haec scribuntur, e vita euocatum a deo dolemus, Licentiam obtinendi summos theologici ordinis honores gra- tulatus est. Illi argumentum fuit, *de diis familiae Iacobi iniunere tutelaribus, ad Genes eos xxxv.* E cathedra vero pu- blice defendit sub Iuniis fratribus dissertationes duas, alte- ram, *de Sportularum apud Romanos antiquitatibus*, atque alteram *de Gynaeceis Graecorum*. Hospitio viduae Gledit- schiana, quae filium litteris instituendum ipsi tradidit, tres per annos liberaliter se habitum, et adhuc vti, profitetur. Secundum ea exeunte anno superiore prima philosophiae laurea ex ordinis nostri decreto ornatus fuit.

HENRICVS LEBRECHT EVLLMICHE

Borna, quam aliqui Barinonem, si Stellae inuentis fides esset, alii Fonteiam Latine, quia popularium sermone verbum Born fontem significat, dicere maluerunt, medio inter Lipsiam ac Palaeopolim amoeno ac fertili agro ad Plissae flu- men situm opidum est. Ibi patre Henrico, qui decurioni- bus opidi consul praecest, matre Maria Elisabetha Volandia natus a C. N. c. 1500 xxiiii, summam parentum in se fidem atque diligentiam praedicat, vnde factum sit, vt lite- rarum rudimentis recte instituto nihil vnuquam ad hunc diem defuerit, quod ad bene beate que viuendum pertineret. Sic adductus

adductus ad magistros ludi maioris litterarii, qui e principali munificentia Cremae celebratur, sex annis profecit sub disciplina fideli Schumacheri, Parskii, Vlischii, Opitii, Hauptii. Lipsiam venit anno huius aetatis XXXII, in ciuibus academiacae scriptus rectore Boernerio. Doctoribus hic usus est in addiscenda Philosophia, Mullero et Vuinclero: in historia et antiquitate Romanorum cognoscenda, Ernestio: in historia sacrorum rei Christianae, Ioechero: in litteris Hebraicis, Hebenstreitio et Boseckio; in omni theologia, cuius praesertim in se merita laudat, Vuollo: in praeceptis morum e sacri codicis sententia, Tellero: in experiendo per quaestiones ingenio, et colloquiis in controvresa theologie capita academicis, Deylingio ac rursus Vuollo: in oratoria ac declamandi facultate sermone patrio, Gotschedio, cuius opera plurimum se debere ait. didicisse se item Vuollii cura declamandi e suggestu sacro artem. Secundum quae nuper prima philosophicae dignitatis laurea ordinis nostri decreto ornatus est.

IOHANNES CHRISTOPHORVS STEINMULLER OELSNITIO NARISCVS

Olsnitium in Nariscis, qua regi nostro parent, opidum est. Ibi patre Iohanne Caspare opidano atque artifice, matre Maria Rosina Schusteria, natus a C. N. C. 1500 CC XXIII, litterarum elementa & sacrorum in ludo patriae, sub magistris Pfundelio, Zoephelio, Opitio, Ritelio, didicit. Deinde prouidentiae numine et parentum cura ad ludum principalis munificentiae Portensem adductus, in disciplina Freytagii, Waltheri, Stubelii, Peuceri, Hentschelii, Geisleri, Weidneri, Haymani, Hubschii, Bernii que, profecit. Eorum omnium in se praedicit fidem ac voluntatem, in primis egregia Freytagii merita. Lipsiam accessit a C. N. C. 1500 CC XXXIII, ciuum nostrorum catalogis insertus rectore Menzio. Hic elegantiae humanitatisque litteris ut operam daret, vt Romanae rei antiquitatem cognosceret, historiae que cathe

D

tholicae

XXVI

tholicae rationem addisceret, meis Ernestii que recitationibus sedulus auditor interfuit: stili Latini praecepta didicit prae-
eunte Kappio: historiam vitasque philosophorum et ciuilem
historiam, Ioechero: matheos elementa, Heinso: rem
praesentem litterarum ex actis diurnis, Menzio: omnis phi-
losophiae ambitum, Mullero. Quibus omnibus multa se
ideo debere gratus agnoscit. Ad theologiae studia conuer-
fus, doctores habuit, qua libris ea symbolicis munitur, Boer-
nerum: qua decreta sua proponit, Vuollum: qua mores
informat e sacris, Crusium: qua controversiis ventilatur,
illustraturque Hebraicae litteraturae lumine, Hebenstreitium:
qua declamando fruturum e sugestu oratorem instruit, Tel-
lerum. Deylingio etiam se adfuisse memorat ingenii per-
quaestiones et colloquiis academicis experiundi causâ. Se-
cundum ea nuper Baccalaureus ordinis nostri decreto dictus
carmen Graecum cum in illa panegyri publice recitauit, tum
in praesens idem facultatis suae documentum carmine Grae-
co edet.

JOHANNES ADOLPHVS SCHARFFIUS

LIPSIENSIS

Vico sub vrbe Schonfeldae nomen est. Ibi cum sacris cu-
randis praecepsset Iohannes Christianus, artium magister,
hunc filium sustulit ex vxore Iohanna Margaretha, Iohannis
Matthiae Hartmani facrorum item eo in vico interpretis fi-
lia, a C. N. c1515 ccc xxiiii. Singulari parentis diligentia
primum domi institutus eis litteris artibus que, quibus infor-
mari ad humanitatem aetas puerilis solet, idoneis que ad eam
rem magistris vsus, fauore viri illustris Bornii, aliorum que,
qui curiam huius vrbis regunt, ludo Portensi traditus est et
commendatus. In eo magistros habuit, qui praeasant, Frey-
tagium, Stubelium, Vualterum, Hentschelium, Geislerum,
Heymanum, Rueidnerum, Hubschium: quorum omnium
fidem praedicat, in primis Hentschelii, cognati sui, in se me-
rita praeclara. Hoc primum stadium quinque annis cum
emenfus

emensus esset, Lipsiam rediit a C. N. c. 1500cc. xxxii, in ciuib[us] nostris scriptus rectore Boernerio. Doctores inter nos sectatus est philosophiae discenda[re] causâ, Mullerum: humanitatis in studiis me Ernestium que: in historia rei Saxonicae, Bornium; cuius voluntatem gratis laudat: rei Christianae et sacrorum in historia noscenda, Vuollum et Bayerum. Hebraicas litteras didicit tradente eius p[re]cepta Hebenstreitio: theologiam, qua decreta sua tradit et confirmat, Boernerio, Deylingio, Vucifio, Vuollo: qua mores e sententia sacrorum informat, Tellero: qua interpreti futuro leges enarrandi p[re]cepsit, Tellero et Vuollo. Cuius, et Boernerii in aliis quoque eius doctrinae partibus, et in declamandi p[re]ceptis et ysu, et in ingenio per colloquia academica explorando acuendo que, honesta opera se multo cum fructu gauisum esse memorat. Illius fauore ac benevolentia effectum fuisse, ut et ingenium recitata publice oratione *de ieiuniis veterum Christianorum* approbaret, et mensae publicae incrementi Geieri conuictor reciperetur, et in domo eius, instituenda in litterarum studiis familia liberorum, merearet. Quod vt multis verbis, et Vuollii quoque in se merita, praedicat, ita votis conceptis orat, vt sumnum numen bene in se consulta perpetua eorum prosperitate penset.

JOHANNES GOTTLIEB SEIDEL
LIPSIENSIS

Natus Lipsiae a C. N. c. 1500cc xviii, patrem habuit Paulum, qui phrygionis artificium ciuis exercuit, matrem Catharinam Elisabetham Koerneriam. Cum patruum natus esset Samuelem Seideli, artium magistrum, et nunc Lycei litterarii, quod Laubae in Lusatia constitutum est, rectorem bene meritum, carminibus non vulgari spiritu editis nobilem, is que eo tempore ad munus destinatum ex hac vrbe euocaretur, cum disciplina erudiri prima illius aetas posceret, eius auspicia in Lusatia fecutus est. Ibi profecit sub magistris Boetnero, ac Taubnero, praeterquam quod

D 2

patruus

XXVIII

patruus in instituendo fratri filio nihil reliqui fecit, sed patris amissi animum repraesentando, ea in hunc beneficia contulit, et nunc quoque confert, ob quae se ei semper obstrictum futurum, cum voto pro incolumente ipsius susceppto, profitetur. Lipsiam rediit anno aetatis nostrae **xxxviii**, in ciuibus academiae census rectore Kappio. Theologiae in studiis auditor adfuit, Klausingo, Boernerio, Crusio: Hebraicae litteraturae caussa, Sankio et Bosio: philosophiae nomine, Vuinclero: historiam vt disceret, Ioechero. Maximum oratoriae doctorem habuit: fautores studiorum suorum Adolphum Henricum Mylum, iurisprudentiae doctorem, et Schmidium mercatorem hac in vrbe celebrem. Quorum in se benevolentiam gratus agnoscit, eorumque rebus bonos a diuino numine euentus votis exposcit.

IOHANNES AVGUSTINVS KOESELITZ VITE BERGA SAXO

Patrem habet Godofredum Reinholdum, iuris doctorem et Sereniss Principum Ascaniorum Seruestae a consiliis aulae et regiminis ac rerum sacrarum, qui eum suscepit ex vxore Margaretha Dorothea Eichleria, Vitebergae a C. N. **cio 1500 xxii**. Posteaquam institutus esset priuatum sacrorum ac litterarum elementis, in gymnasio litterario, quod Servestae celebratur, meruit sub magistris, Bashusenio, Bugenhagio, Graezio, Menzelio, Schmidio, Denzero, Rungio: quorum omnium fidem ac doctrinam gratus praedicat. Ad academiam patriae accessit a C. N. **cio 1500 xxxx**, rectore Stenzelio, vbi se esse sectatum philosophiae atque Orientis litterarum caussa ait Hanitschium. Eodem anno Lipsiam transiit, in ciuibus nostris adscriptus rectore Kappio. Cum ad theologiae studia adiecisset animum, auditor eo nomine adfuit, Deylingio, Ruefflio, Hebenstreitio, Tellero, Sankio, Crusio. Litteras Latinas, Graecas, Hebraicas vt disceret, Ernestum audiuit, et Hagerum, et Bosium. Eorum in se voluntatem ac fidem praedicat, in primis Mulleri, Gotschedii,

dii, Crucis. Aliquod ingenii documentum ut ederet, semel Latine se ait declamasse, de utilitate ac praestantia litterarum ac scientiae; rursus Theotisce, de Connubio felici Imp. Russici heredis cum principe Seruestana.

JOANNES FRIDERICVS BVRCHARDTVS
STRELA MISNICVS

Strela Misniae ad Albim situm, Oppidio in orientem aestuum distans, opidum est. Inde oriundus patrem habuit Samuelem, mercatorem, matrem Mariam Elisabetham, Samuelis Vueineri mercatoris ibi filiam. Ex his natus a C. N. C I O I O C C X X, litterarum elementa per curam parentis privatim primo didicit sub magistro Ioh. Frider. Engilmano, qui nunc sacrorum curae Glaucae in montanis Misniae praefest: cuius voluntatem laudat ac fidem: mox Maio, artium magistro, cui item multa se fateatur debere. Anno nostrae aetatis X X X I I I I ad ludum principalis munificentiae Portensem accessit, et sex in eo annis alumnus meruit, sub disciplina magistrorum, qui ei praesunt, inter quos Freytagii in primis ac Stubelii Hentschelii que benevolentiam ac fidem gratus agnoscit ac praedicat. Lipsiam venit anno XXXX, in ciuium nostrorum catalogis adscriptus rectore Kappio. Doctores hic habuit philosophiae, Vuinclerum: historiae omnis, Ioecherum: historiae recentioris sacrorum, Kappium: physicae experimentis confirmandae, rursus Vuinclerum. Graecas Latinasque litteras didicit praeeunte Ernestio. Sacrarum litterarum in studiis, quantum ad decreta, audiuit Tellerum et Sankium: super libris symbolicis, et in aliis earum partibus, Boernerum: super oraculorum sacri codicis natura, et super piaculari servatoris nostri labore, Vueissum: super moribus ad sacrorum sententiam informandis, rursus Tellerum. Controuerfa doctrinae sacrorum et Orientis litteras didicit praeeuntibus Hebenstreitio et Sankio: prudentiam futuri muneris, et legem interpretandi, Deylingio: oratoriae, quae fugitum sacrarii instruat, praecepta, etiam Tellerum, cui acceptum

XXX

eo nomine referre et obstrictum ob benevolentiam se proficitur. Quaesitis ac disputatis per colloquia ingenium acutissime denique, monstrantibus rationem Deylingio Sankio quem memorat. his rebus, et Freytagii commendatione, effectum esse, ut benevolenter in domum Bertrami, mercatoris in hac vrbe, reciperetur, praeficeretur que studiis filiorum eius regendis, auctus adhuc propensa illius in se voluntate.

CHRISTIANVS GOTTLIEB LINDNERVS

D R E S D E N S I S

Patre Christiano, qui in regia sanctioris consilii scrienis accensus merebat, matre Ioanna Elisabetha Kadenia, natus a C. N. c i o i o c c x x , multa parentum cura domi primum sacrorum ac litterarum rudimentis institui coepit; deinde ad Iudum Dresdae litterarium ad aedem sanctae crucis adductus, sub Schoergenio rectore, Gellio que correctore, tribus annis meruit, eorumque fidem atque industriam laudat. Inde in Iudum principali munificentia Misenae in yrbe constitutum transiit, atque ibi sex rursus annis stipendia fecit, sub magistris Grabenero, Hoerio, Ruefio, Kauderbaco, Klimio, quorum impense praedicat curam et voluntatem: etiam beneficia ibi memorat Schlegelii, qui potent. regi nostro inter prouocationum iuridicos consiliarius, eius studia multimodis iuuerit. Lipsiam venit a C. N. c i o i o c c x x x i , census in nostris rectore Klausingio. Hic auditor adfuit philosophiae descendae causa, Mullero, et Birnbaumio: in historiae noscendae studiis, Ioechero: in cognoscendis actis rei litterariae diuinis, Menzio: in Hebraicis litteris, Bosseckio. Ad rerum diuinarum curam conuersus, super formula earum libris symbolicis explicata audiuit Boernerum: decreta sacrorum praeceentes, Tellerum ac Sankium: interpretandi praecepta edentes, Deylingum ac rursus Tellerum, et cum item in moribus secundum sacra formandis, in controversiis, in declamandi e suggestu facelli vnu. Oratoriae causa ac Theoticas ob litteras sectatus est Gotschedium, in physica experientis

mentis declaranda, Vuinclerum. Tellerio in primis et Got-schedio acceptum se referre ait, quod et reliqua litterarum studia non sine fructu exegerit, et non nullam dicendi facultatem sit assecutus, quam se adprobasse intelligentibus per orationes publice habitas in memoriam Geieri et Vueissii, et pro suggestu, sperat. Laudat prolixo viri illustris Godofredi Langii, Consiliarii regis in consilio rer. bell. secretiori, fauorem. Gratus item agnoscit, quod beneficio matronae Kobbiae in agro eius sacrorum curae futurus interpres his diebus est designatus.

HENRICVS THEOPHILVS ROTHE

DRESDENSIS

Natus in regia, patre Iohanne Georgio, regii rationalium collegii a scriniis curandis, matre Christiana Schradera, a C. N. c i o i o c c x x v , parentum horum, et nouercae postea subeuntis pia cura, se sacrorum ac litterarum rudimentis domi diligenter institutum ait. Id actum sub disciplina magistri Schelleri, qui nunc sacris in agro prope Vitebergam curandis praesit. Deinde ludo litterario urbis Misenae principalis munificentiae alumnus accessit, ibi que quinque annis meruit sub magistris Grabenero, Hoerio, Vuefio, Kauderbaco, Klimio, quorum omnium in se merita gratus praedicat. Lipsiam venit a C. N. c i o i o c c x x x i i , et academiae nostrae ciuis accessit rectore Boernerio. Doctores hic secutus est philosophiae caussa, Mullerum et Crusium: in mathesi discenda, Kaestnerum: in corporum secundorum et chemiae ratione, Ludeuigium: in velitando per colloquia academica, Hommeliu: in re litteraria recente pernoscentia, Kappium. Cum ad iurisprudentiae studia animum adiecisset, auditor eo nomine adsuit Mullero, Menkenio, Hommelio, Riuino, Mascouio: quibus omnibus multum se ideo debere profitetur.

CARO.



CAROLVS DANIEL KRAVSE
DELITIO MISNICVS

Natus in hoc opido patre Andrea mercatore, matre Chri-
stina Dorothea Krausia a C. N. c i o i o c c c x v i i , in
ludo patriae , cura matris, nam patrem, antequam infantiam
excessisset , amiserat, sub magistris Seizio ac Friderici, litte-
rarum et sacrorum rudimenta didicit . Erat cupidus illi do-
ctrinae animus : sed res angusta, et orbitas, cum mater quo-
que decessisset, ad eam artis medicae partem exercendam ab-
duxit, quae manu operatur, consilio doctorum hominum
regenda . In illa quoque exercenda non quaestu, sed studiis
litterarum, libris que legendis se delectatum fuisse memorat .
Lipsiam se recepit a C. N. c i o i o c c c x x i i , in ciuib[us]
nostris scriptus rectore Boernerio . Doctores hic sectatus
est philosophiae caussa, atque ut gustum rerum diuinuarum
haberet, Crucis : in mathesi discenda, Hausenium et Hein-
sium : in physica experiendo in corporibus rerum declaran-
da, Vuinclerum : denique in medicae artis partibus, Vul-
therum, Platnerum, Hebenstreitum, Quelmalzium, Gun-
zium, Ludeuigium.

IOHANNES DAVID HEERMANNVS

GORLITIO LVSATVS

Non procul Gorlitzio vrbe Lesouitio (Leschwitz) nomen est
pago, vbi sacrorum curae praefecto patre, Gotthuld
Heermanno, artium magistro, matre Iohanna Dorothea
Wiesneria, natus anno post C. N. c i o i o c c c x x i i , pa-
rentum prouidentia non diu fructus est . Nam puer adhuc
patrem cum amisisset , Gorlitium cognatorum beneficio ad-
scitus, priuatim primo institui coepit, mox in litterario eius
yrbis gymnasio , sub rectore Baumeistero, aliisque magistris,
humanitatis litterarum et philosophiae et sacrorum discendo-
rum caussa, multa eorum diligentia, publice meruit . Li-
psiā accessit anno nostrae aetatis x x x x i i , id ut facere pos-
set

set liberalitate ciuitatis eius publica adiutus. Census est in nostris Rectore Menzio. Quo facto, studia theologiae capessens, doctores habuit, in decretis eius et in controversis discendis, Vuolium: in litteris Hebraicis, Sankium: in formulis librorum, qui symbolici vocantur, Hebenstreitium; in prudentia futuri muneris, et in praeceptis recte interpretandi sacra, Deylingium: in enarrandis eis, Tellerum. Historiae caussa sacrorum rei Christianae, sectatus est loecherum et Kieslingium: philosophiae ut gustum haberet et oratoriae, Gottschedium. Quorum omnium valde praedicat fidem ac doctrinam. Matheeos praeterea elementis se operam navasse ait sub Schulemano; exercendo per colloquia academica ingenio, praeeunte Belio et Kaestnero.

CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHINDLER

GRIMMA MISNICVS

Cremae Misnicae, quae vulgo Grimma, natus patre Iohanne Christiano, cuius eius opidi honesto, matre Anna, Martini Brodkorb, qui Nercauiæ colebat, filia, a C. N. 1500 XXVI, edisciplina litterarii patriae ludi rei Christianae ac litterarum rudimenta hausit. Mox auctus institutione et scholis priuatis Clementis artium magistri, qui nunc Torgauiae ludo subrectore praefectus meret, in ludo maiore, qui principali munificentia a popularibus Cremae celebratur, alumnus receptus est, ibique praeeuntibus magistris, Schumacher, Parskio, Vlischio, Opitio, Hauptio, sex ferme annis profecit. Eorum omnium in se fidem dexteritatemque impense laudat et gratus praedicat. Lipsiam venit a C. N. 1500 XXXXIII, noster factus rectore Menzio. Doctores inter nos sectatus est humanitatis litterarum caussa, Ernestium: in omnis philosophiae ambitu, Vuinclerum: in historia, Ioecherum. Ad studia rerum diuinarum ac theologiae quum animum adiecisset, litteras Hebraicas ut disceret, Hebenstreitio, nunc rectori magnifico, et Boseckio adfuit: propter dogmata cognoscenda, Gaudlizio, cuius euocati e

E

rebus

XXXIII

rebus humanis fidem et beneficia in se habens merito laudat.
Ornatum se praeterea ait, scholis, qua theologia libris symbolicis munitur, Boerner, qua interpretandi praeit leges, et muneris futuri prudentiam, oratoris que boni numeros considerat, Deylingii. Nunc se auditorem adesse Teller, quo et hospitio benevolenter sit receptus, et beneficiis, quorum nunquam immemor sit futurus, multimodis recreatus.

CHRISTIANVS GOTTLIEB ISTRICH

RICOBACO LVSATVS

Ricobaci vocabulo (Reichenbach) duo regi nostro parent opida, alterum in ipso Nariscorum ad Lusatios fine, qua Plauia Cygneam itur, alterum in agro superioris Lusatiae, non procul Gorlitio urbe in occasum, situm. Sed cognominem illis vicum significamus, in ipso fine Lusatorum positum, qua Misniam praecingunt, et Conisbricae opidum, (Königbrück) quod pons regius Latinis litteris audiat, in occasus respiciunt aestiuos. Ibi natus patre Iohanne, ludum ibi litterarium curante, matre Sophia a C. N. 1500 CCCXXIIII, in disciplinam Latinarum Graecarumque litterarum caussa traditus fuit Mylio, artium magistro, atque eo tempore saecorum Ricobaci interpreti. Postilla Camentiam cum accessisset in lyceo, quod ibi constitutum est litterario, sub magistris Heinitio, Glottio, et Selterico litteras humanitatis porro didicit. Lipsiam venit a C. N. 1500 CCC XXXXIII censu in nostris rectore Menzio. Auditor hic adfuit philosophiae discenda et mathefeos nomine, Vuinclero, Kaestnero, Baermano: super historia, Ioechero et Mascouio: oratoriae caussa, Gottschedio. Theologiae in studiis sectatus est, Boernerum, Deylingium, Tellerum, Hebenstreitum, Vuoluum, Crusium. His addidit iuris civilis scita, praeeunte Menkenio, et corporum secundorum rationem, Ludeuigio.

CARO-



CAROLVS GOTTLIEB CAMENZ
CAMENTIA LVSATVS

Patrem habet cognominem, fabrum ea in vrbe, cum qua
communicat nomen, aerarium, matrem Kaulfusiam. Ex
his natus a C. N. cīc 1000 XXI, multa que cum cura et
fide eorum educatus, litteras didicit in lyceo patriae litterario
sub idoneis praceptoribus, praesertim Heinitio artium ma-
gistro et ludi illius rectore, cuius in se merita et voluntatem
sex ferme annis expertus laudat. Hebraicis sigillatim litteris
operam discendis nauauit, praemonstrante rationem Huniche-
nio, artium magistro et sacris ibi curandis praefecto. Li-
psiam adiit a C. N. cīc 1000 XXXXIII, rectore Menzio.
Doctores hic habuit, humanitatis litterarum, Ernestium:
philosophiae ac matheseos, Vuinclerum et Kaestnerum: hi-
storiae, Ioecherum et Frankium: theologiae, Boernerum,
Deylingum, Tellerum, Hebenstreitum, Vuollium, Cru-
sium: quorum doctrina et praceptis bonis per tres ferme
annos se fatetur vsum fuisse.




AK Hc 7331

X 237-3859

CAROLAS CAVENDISH

Bitter-sweet gaudomine, joyous as in April, when the
communie flowers, sunburnt, wear their yellow robes,
the trees a G. N. glocculus, which are now cast
thick with blossoms, intermixed with the delicate flowers
of honeysuckles, brooks with flowers so various
as may fill all eyes, comes in to music a lute or
fife to some tunes chosen by me. Hippocrates' quill, which
obliges him to write his prescriptions, however he may
feel, is always ready to make his curiosities complete. The
days are full of G. A. glocculus a hundred
dozen, the leaves, flowers, blossoms, blossoms,
slipper-pink as milky roses, Violets, violets of different
tints, Jacobins of various colours, peacock
Dovebills, T. stars, Hesperidium, V. vellum, C. c.
Dovebills, golden geese, as black as the tame
turkey, and pheasants.





BR. 534, 38.

B. 1
Vc
7331

ALCEDONIA LITTERARVM
 XXIII. PHILOSOPHIAE CANDIDATIS
 QVI MAGISTRI CREANTVR
 RECTORE MAGNIFICO
IOHANNE CHRISTIANO HEBENSTREIT
 LINGVAE SANCTAE PROF. PVBL. SS. THEOLOGIAE
 EXTRAORD. ET MAIORIS PRINCIPVM COLLEGII
 COLLEGIATO
 DECANO SPECTABILI
AVGVSTO FRIDERICO MVLERO
 PHILOS. ET IVRIS VTRIVSQUE DOCTORE
 ORGANI ARISTOTELICI PROFESSORE PVBL.
 ET MINORIS PRINCIPVM COLLEGII
 COLLEGIATO
 PROCANCELLARIO SPLENDIDISSIMO
IOH. CHRISTOPHORO GOTTSCHEDIO
 LOGICAE RECENTIORIS ET METAPHYSICES
 PROF. PVBL. ORD. POES. EXTR. ET MAI. PRINC.
 COLLEG. COLLEGIATO
 CARMINE SOLEMNI CELEBRAT
IOH. FRIDER. CHRISTIVS P. P

D. XXIIII. FEBR. A. C. N. CIC 19CC XXXXVI



LIPSIAE
OFFICINA LANGENHEM

